xix. Quem visurum sum ego ipse tu. **R**esponde  
dicendum quod ad hoc quod aliquid sit idem  
numero requiritur identitas principiorum  
essentialium. Unde quodcumque  
quod principiorum essentialium etiam  
in ipso individuo varietur. necesse est  
etiam identitatem variari. Illud autem  
est essentialis cuiuslibet individui  
quod est de ratione ipsius. sicut cuiuslibet  
rei materiali sunt essentialia materia  
et forma. unde si accidentia varientur  
et mutentur. remanentibus principiis  
est etiam in individu. ipsum individu  
um remanet idem. Cum ergo prin-  
cipia essentialia hominis sunt anima  
et corpus et hec remaneant. quia resur-  
get eadem anima et idem corpus. di-  
cendum quod corpus hominis resurget  
idem numero. **A**d primum ergo  
dicendum quod obiectio illa procedit  
ex falso intellectu littere. Non enim  
dicitur idem numero illud quod ha-  
bet idem accidens nunc et postea. et  
idem proprium. sed illud est idem  
numero quod est idem cum accide-  
re et idem cum proprio. sicut cum  
secundum est idem cum accidente pro-  
prio et diffinitione. et non illa quod ha-  
bent idem accidens idem proprium  
et unam diffinitionem. unde patet  
quod obiectio falsa intellectu littere. da-  
to autem quod secundum illum intellectum  
procedat obiectio. dicendum quod intel-  
ligitur de accidentibus individuan-  
tibus scilicet de dimensionibus et erunt  
hec in corporibus glorificatis. Ita  
erit ibi proprium scilicet risus. Job  
viii. Implebitur os tuus risu et labia  
tua iubilo. Per diffinitionem vero dicendi  
dum est quod licet resurgat immortale. tamen  
una mortalitas non tolleretur ab eo. quia  
nam haec erit ibi quod ex se haec quod sit mor-  
alis. **A**d hanc dictam quod haec eadem materia faciat  
idem numero. non tamen materia nuda nec quod facit:

# Undecimum

principium in numero. sed una materia finis quod est sub dimensionibus terminantibus ipsam. facit idem numero. unde licet multe forme reiterentur in materia corporis relurgentis. non resurget corpus sub eisdem dimensionibus et cum eisdem principiis esse trialibus. **A**d tertium dicendum quod augustinus dicit contrariu[m]. Ipse enim vult si statua reficiatur ex eodem numero. nihilominus tamen dicendum quod omnia artificialia possunt dupliciter in genere. vel in specie quod vel per materiam suam vel per formam suam. Naturalia autem possuntur in genere vel specie tantum per formam suam. Formae autem artificiales quia sunt accidentia ideo oportet quod collocentur in genere vel specie per materiam. naturales vero non quia sunt substanciales. dico ergo quod si consideretur statua prout ponitur in genere vel specie per materiam suam. sic reficitur eadem statua. Si vero consideretur prout ponitur in genere vel specie per formam. sic dico quod non reficitur eadem statua sed alia. quia alia est forma huius et alia illius. in corpore autem non est sic. quia in corpore erit eadem forma. **A**d quartum dicendum quod non sunt due humanitates in corpore quod corrumpit et quod resurgit. sed una. quia principia essentialia non mutantur sed sunt eadem.

**D**e sacramentis vero gratiae quae sita sunt tria. **P**rimo de sacramento confirmationis.

**S**ecundo de sacramento eucharistie. **T**ertio de sacramento matrimonij.

**A**rticulus vii.

**O**rca primum queritur. utrum solus episcopus debeat conferre sacramentum confirmationis. vel etiam aliis. et videtur quod non

solum episcopus. sed etiam quod quilibet sacerdos possit conferre. **C**onstat enim quod in confirmatione certatur gratia spiritu sancti. Sed huius gratie collatio sic est ordinata ut non possit impediri constat autem quod per absentia episcopi multotiens impeditur. quia non sunt ubique presentes. ergo debet fieri per ministerium sacerdotum qui sunt ubique presentes. **P**reterea sacramenta instituta sunt propter utilitatem. ergo debet eo modo fieri quo competit utilitati omnium. non autem potest per utilitatem si solus episcopus fieret hoc sacramentum. in quo dat robur spiritus sancti. quia non omnes habent oportunitatem episcopi ergo debet fieri per sacerdotes per quos possunt omnes plerique haec utilitatem. **P**reterea probatur quod sacramentum baptismi est maius quam sacramentum confirmationis. Sed baptismus potest conferri per quoslibet sacerdotes. ergo multo magis confirmationis. **I**n contrario est ecclesie consuetudo. **R**ituum dicitur quod minister sacri confirmationis est episcopus. et hoc probatur ratione et auctoritate. Ratione quod enim quia confirmationis ad hoc fit ut homo in quadam perfectione constitutus. cum defat ad robur spiritus sancti ut scilicet homo ex hoc fiat fons. et robustus ad perpetuam et permanentem fidem coram regibus et principibus. Unde et propter hoc fit in fratre ut non prius escat nec profunda pponere fidem coram omnibus et defecere. Sic autem dicitur. dicitur tres sunt auctores hierarchi. scilicet purgare illumine et perficere. purgare est proximum diaconi. illuminare presbitorum. et hoc consistit maxime in eucharistia. perficere vero est episcopum. et id omnia sacra quae ad prefectores conferuntur pertinet ad collationem episcopi. quae sunt collatione ordinis. prescatonis virginum et vasorum. et confirmationis sacramentum. unde alii non potest fieri confirmationis sacramentum nisi episcopus. hoc etiam per auctoritatem scripture

# Quodlibet

Confirmatio enim cedit in locū im-  
positionis manuum. hoc autem non  
poterat fieri nisi p̄ solos apostolos  
vnde et per Philippus qui predica-  
uerat verbum domini in Samaria  
nō imponebātur manus. sed aposto-  
li qui erant hierosolimis audito q̄  
Samaria recepit verbū dei. miserūt  
ad eos Petru & Johāne. et postea  
sequitur. Tunc imponebant manus  
super illos & cetera. vnde cum episcopi  
succedunt in locum apostolorum  
solis episcopis debetur collatio sa-  
cramenti confirmationis. Inuenim⁹  
tamē q̄ aliqua que in quadā pfecti-  
one constituant ex dispensatione cō-  
mittuntur simplicib⁹ sacerdotibus  
sicut collatio minorum ordinum et hī  
quod etiam de confirmatione fieri  
posset cū dispensatione. sine qua nul-  
lus debet conferre hoc sacramētū  
nisi solus episcopus. Ad p̄mū er-  
go dicendū q̄ non omnia sacramēta  
in quibus confertur gratia spiritua-  
lis potest conferre sacerdos. vnde li-  
cet in sacramento confirmationis cō-  
feratur gratia spiritualis. nō tamen  
competit sacerdoti. quia perfectiori  
modo in sacramēto ordinis confer-  
tur gratia spiritualis. quod reserua-  
tur solis episcopis prop̄ perfectio-  
ne in qua constituit. Nec obstat  
de impedimento. quia p̄nt recurrere  
ad ciuitates in quib⁹ sunt episcopi  
presentes. et p̄ hoc patet solutio ad  
secundū. Ad tertium dicendū q̄ sa-  
cramētū baptismi est mai⁹ necessita-  
te non perfectōne. et ideo ppter eius  
necessitatē nō solū sacerdos. s̄ eti-  
am quilibet christianus p̄t baptiza-  
re in articulo necessitatis. vbi nō ha-  
betur copia sacerdotis. seruata nihil  
lomin⁹ forma sacramenti. Confirma-  
tio vero quia nō est adeo necessaria  
& constituit in quadā perfectione. vt

dicitur est maioribus reservatur. scilicet  
solis episcopis.

**Q**uæca sacramētū eucharistie  
q̄sita sūt duo. Primo de illis  
qui excluduntur a cōsacratiōne  
per fornicationē. Secundo de illis  
qui excluduntur a p̄ticipatione sacra-  
menti per excommunicatiōne.

**Q**uartus articulus viiij.  
Irca primū quesitiū est. vt  
aliquis possit audire missā  
sacerdotis fornicarij qui pec-  
cet mortali. videtur q̄ non possit  
audire sine peccato mortali. Eccl̄ia  
enī p̄cepit sub anathemate. q̄ null⁹  
audiat missā a fornicario sacerdote  
Sed facere contra huiusmodi man-  
datū est peccatum mortale. ergo r̄c.  
Cōtra est q̄ in multi. locis p̄ mūdū  
sustinetur. Responso dō q̄ circa  
hoc est p̄siderādū q̄ aliquid quātū ad  
ius naturale est p̄ se malū. et aliquid  
malū est quātū ad ius positivum  
Quicunq̄ enī sacerdos in peccato  
mortali existēs celebrat. peccat mor-  
taliter. vnde si cōstaret mihi eū ēē in  
pctō mortali et induceret eū ad cele-  
brādū peccarē mortalē. et hoc ē ſm  
ipm ius naturale. q̄ hoc ē p̄uocare  
eū ad pctm mortale. Jus aut̄ posuit  
vñ addit pl̄. q̄ nō solū debeā indu-  
cere eū ad celebrādū. s̄ etiā si audia-  
eū missā peccato mortalē. qd̄ qdē iſti-  
tutū ē in pena sacerdotis fornicarij.  
Artēdēdū tñ ē q̄ hoc nō intelligit de  
q̄libz sacerdote fornicario. s̄ de pub-  
licis fornicarijs q̄ p̄prie dicitur pub-  
lici q̄n iudicio & ſententia ecclie vo-  
canē publici. vñ q̄cūq̄ a tali fornicatiō-  
rio publico audire missā peccat mor-  
taliter. Ad illō qd̄ obf̄ dō q̄ si susti-  
net a platis p̄pt̄ hoc nō excusat q̄a  
hoc ē v̄l ppter negligētiā. vel p̄pt̄ mi-  
seriā & defectū ipsoꝝ platoꝝ qui nō  
sunt aīsi corrigē alios. cū in ſe m̄ka

# Diodecimū

corrigenda cognoscant..vel etiam ppter timorem aliquādo.vnde nō exculsantur propter hoc.

## Articulus nonus

**Q**uare scđm quesitū fuit.vtrū aliquis loquēdo comedēdo seu stando cū excōmunicatis peccet mortaliter.videtur q̄ sic.quia multi magistri decretorum et magni hoc dicunt. **P**reterea facere contra precepta ecclesie est peccatū mortale. **S**ed ecclesia mandat q̄ null⁹ loquatur.nec comedat cum excōmunicati.hoc ergo qui facit peccat mortaliter. **P**reterea quedaz decretalis dicit vbi cōsulebatur sūnus pontifex.vtrū posset participari excōmunicatis.q̄ hoc etiā pro vitando dispendio mortis non debet facere.et hui⁹ assignat causam dicens.quia est peccatū mortale.videtur ergo q̄ quicunq̄ in ali quo participat cum eis peccat mortaliter. **E**t ôtra est q̄ nos videmus m̄los perfectos viros hoc faciētes. qui nullo modo hoc facerent.si esset peccatum mortale. **R**esponsio dicendum q̄ aliquis per excōmunicatiōēz separaretur a cōmunione fideliū. nō autem hominū nisi per accidēs.quia in tantū separatur a cōmunione hominū.inquantū convenit separari a cōmunione fideliū.dico ergo q̄ alijs pōt cōmunicare seu p̄cipare cū excōmunicato direkte et indirekte direkte quidē in his que sūt fideliū et sic ille qui hoc modo cōmunicat sibi peccat mortaliter. **E**t hoc contingit tripliciter.qa si cōmunico secuz in diuinis sicut si orem pro eo v̄l audia misam cum eo. et in alijs sp̄ualibus. **I**te si et cōtemptu. et hoc in quochez cō-

municat quis cuz eo quasi ptemnēs mandatū ecclesie peccat mortaliter. **I**te quicunq̄ p̄cipiat secū in criminie et in causa. **I**ndirecte vero cōmunicat quis cum eo in his que sunt hominē sicut in verbo.in cibo et in his q̄ sunt simpliciter humane cōversationis. et sim hoc non peccat mortaliter sed ve nialiter.nisi faciat ex cōtemptu. vt dicūm est. **A**d prīmū ergo dicenduz q̄ opinio decretistarū nō est vera. qa ipsi plus assentiunt in his et sequunt̄ ius humanum q̄ diuinū. cuz plus sit assentiendū diuino q̄ humano. et idō melior est opinio alioz qui dicūt cōtrariū. **A**d secundū dicendū q̄ cōmunicare cum excōmunicato directe est contra preceptū ecclesie et est peccatum mortale. sed indirecte non est contra. sed preter preceptū ecclesie et hoc nō est peccatū mortale s̄ veniale. **V**nde sciendū est q̄ quedā sūt per se malum. et hec nō possunt fieri sine peccato.sicut cōmunicare excōmuni cato in his que sunt excōmunicati. et idō nō potest fieri sine peccato. **Q**uedam vero sūt occasions malorū tñ et ista possunt fieri sine peccato mortali et sic est loqui vel comedere cum excōmunicatis. **A**d tertīū dicendū q̄ non solum quis debet subire mortem anteq̄ peccet mortaliter. s̄ etiā anteq̄ peccet venialiter.qa peccatuz inquantū peccatū nunq̄ esset eligibile. **S**i enim esset eligibile nunq̄ esset peccatum. et sic nō peccarem si facerē et ideo per hoc nō cōcluditur q̄ idō nō sit participanduz eis. quia est peccatū mortale. et qui hoc facit peccat mortaliter quia etiā si esset veniale non esset participandum eis. et tamē non peccaret mortaliter participantē. vel dicenduz est q̄ decretalis illa

t i

# Quodlibet

intelligitur de illis qui directe comunicant excommunicatis

**E**t rega sacramentum matrimonij quesita sunt duo. Primo de maleficiatis. Secundo de frigidis.

## Articulus decimus

**E**t rega primum quod situm est. utrum maleficium impedit matrimonium videat quod non quia opus dei est fortius quam diaboli. Sed matrimonium est opus dei. maleficium vero opus diaboli ergo matrimonium est fortius maleficio. non ergo impeditur per ipsum. Contra. Major est potestas demonis quam hominis. Sed homo potest matrimonium impedire. ergo et demon. Responsio dicendum quod matrimonium est quasi quoddam pactum Naz per matrimonium unum tradie potestatem sui corporis alteri ad carnalem copulam. Constat autem quod pactum de impossibili nullum est. cum nullus possit se obligare ad impossibile. et ideo quandoquis obligat se per matrimonium ad carnalem copulam. si hoc sit ei impossibile matrimonium nullum est. Sed uero non est quod impossibilitas carnalis copule ex aliquo impedimento puenies potest duplicitate considerari. quia vel illud impedimentum est supervenientis matrimonio iam consummato. vel precedens. Si est supervenientis tunc matrimonium iam consummatum nunquam solvit. Si vero impedimentum procedat. tunc matrimonium nondum consummatum solvit. Item circa hoc sciendum quod impedimenta huiusmodi vel sunt perpetua vel ad tempus. Si sunt perpetua tunc matrimonium illud simpliciter impeditur. Si vero sunt tem-

poralia. tunc matrimonium non impeditur simpliciter. sed ad tempus. ita tamen quod impedimentum in utrisque procedat. Peccatum autem scindendum est quod quidam dicerunt quod maleficium nihil est. et hoc proueniebat et infidelitate. quia volebant quod demones nihil sunt nisi imaginatione hominum. inquantum scilicet homines imaginabantur eos. et ex ista imaginacione territi ledebantur. fides vero catholica vult quod demones sunt aliquid et possint nocere suis operatibus. et impidere carnalem copulam. et ideo homini impeditur si procedant. et sunt perpetua ut dictum est simpliciter impeditur matrimonium. Ad prium ergo dicendum quod etiam diabolus est opus dei et non solum matrimonium et inter opera dei unum est fortius alio. et unum impeditur per aliud magis forte. unde cum diabolus sit fortior quam matrimonium nihil prohibet per ipsum matrimonium impeditur.

## Articulus xi.

**O**rga secundum quod situm est utrum frigiditas impedit matrimonium. videtur quod non quia senes sunt frigidi. et tamen contrahunt matrimonium. In contrarium est quia nullus obligat se ad impossibile. Sed impossibile est frigidis carnaliter alcui copulari. ergo si ad hoc obligant se pactum homini nullus erit. Responsio dicendum quod frigiditas eadem ratione impedit matrimonium sicut maleficium. cum sit eadem impossibilitas in utroque. nihilominus tamquam differt frigidus et maleficiatus. Frigidus enim est impotens simpliciter quantum ad omnes. maleficiatus vero

## Undecimū

est quidem impotens. non tamen ad omnes. sed quo ad vnum tantum. Nam maleficium p̄sistit in imaginatōe viri respectu vni mulieris. i quātum. s. ex opatione demonis sic illi ab ominatio allicius mulieris. quā p̄t honorem refugit et respuit. et ideo alter impedit frigiditas et aliter maleficium. Mā frigiditas impedit aliquē ita q̄ oportet q̄ remaneat absq; omni spe p̄trahendi si ab vna impediatur. Unde si aliquādo alijs efficit potēs oportet reintegrare primum matrimoniu. vnde frigidas soluit tractū et impedit p̄trahendum. maleficiat̄ vero impeditur quantum ad istā tñ vnde datur ei licentia nubendi alteri et mulieri simili. vnde maleficium soluit contractum. sed non dirimit contrahendum ut iā patet. Ad primū ergo dicendū q̄ senes sunt frigidi nō quidē ad actum generationis sed ad generationē prolis et ideo cum possint carnaliter copulari non solvit matrimonium. frigiditas vero q̄ dñs. nō carnalem copulam impedit solvit matrimonium.

**Q**uia cōversationem vero humane vite quesita sunt qđam per p̄stationem ad proximū. Quæda vero p̄ p̄stationem ad res q̄ in usum hominum veniūt. Per p̄stationem vero ad proximum q̄sūt est de correctione fraternali. circa quam duo q̄sita sunt.

**A**rticulus. xij  
Rimo vtrum debeat aliquis in publico vel in privato corrigere proximum vel fratrem suum. videtur q̄ occulte. **D**at. xviii.  
Si peccauerit in te frater tuus. vade et corripe eum. inter te et ipsum solū.

videtur ergo q̄ occulte sit corrigēd̄ frater delinquens. **C**onē. **A**d Zhi. v Peccātem coram omnibus argue. Preterea aliq̄ p̄stitutiones hoc habet. vt s. publice corrigātur. **T**espōsio dicēdum q̄ hi<sup>2</sup> correctio ex charitate debet p̄cedere. et inde est q̄ dicimus fraternali correctio. et ideo oportet ordinem fraterne corrections sumere secundū ordinē charitatis. **O**rdo autem charitatis ē vt quis bono proximi preferat cōmune bonū. Itē vt velit bonum proximi et conscie et fame. et in his magis velit bonū p̄scie. quando vtrūq; haberī nō possit. Et ideo his cōsideratis credo q̄ si esset aliqd̄ peccatū carnale seu spūale qđ vergēt in detrimentū multitudinis. statim est reuelādum. cū prepōderet bonum cōmune i ordine charitatis. vt dictum est. bono primi sine sit fame sine p̄scie. **N**on vero timetur multitudinis detrimentum. tunc debet q̄s vtrūq; custodire s. bonum fame et p̄scie. corrigendo occulte inter se et ipsum. Si autem ex hoc correctio non sequatur. tunc secundū ordinē evan gelij debet secum adhibē aliū. v. etiā referre ecclesie. nihilominus tamen et in hoc seruādus est ordo. vt si peccatum sit publicum. publice corrigatur si vero occultum occulte. et ideo dicitur. Si peccauerit in te frater tuus. i. te sciente solum tū quātum ad occultum. Quātum vero ad publicum dicitur. Peccantem. s. publice coram omnibus argue. Et sic patet solutio ad p̄mū vtrūq; ptis. **A**d alind vero dicendum q̄ illud de p̄stitutionibus ordinatum est et seruari debet in his q̄ vñgūt in piculum et detrimentū societatis et collegij.

**A**rticul<sup>2</sup>. xliij.

t. ii.

## Quodlibet

**S**icut q̄ritur vtrū si aliquis sciat p̄cēm p̄imi peccet mortaliter referēdo illud statim prelato suo videtur q̄ sic quia facere contra ordinem euangelij est peccatum mortale. Sed statim referre prelato est contra ordinē euangelij ergo peccat mortaliter. Cōtra ē quia hoc faciunt multi viri perfecti qui nullo modo hoc fassent si esset peccatum mortale. Pr̄terea prelati possunt nō solum de preteritis sed et de futuro prebere cautelam. z ideo si eis referatur non videtur esse peccatum mortale. Responsio dicēdū q̄ verbum domini quod dicit Mat. xviii de correctione fraterna est intelligendū sicut alia verba q̄ dicit pertinencia ad humanos actus seruari debet secundū q̄ dependet a charitate. z ideo dico q̄ sepe cum debitib⁹ circūstantijs intelligenda sunt. Sciendum est autē q̄ in criminibus tripliciter proceditur secundum iura quia per inquisitionē et hoc est in peccatis publicis. et nou debet fieri nisi precedat clamor con gregationis. Itē per denūtiationē et per accusatōe; z hoc est i privatis. Si autē procedatur per accusatōe; tunc debet fieri prescriptio quia obli gatur accusans ad talionem z in hoc intēdatur ut finis bonum reipublice vnde hoc potest fieri secundum voluntatem sive publice sive priuatim. Si autem procedatur per denunciatōe; tunc debet procedere fraterna amonitio. quia finis h⁹ est emēdatio pri ani et ideo debet seruari ordo fraterie correctionis. vtrum autem statim cum quis sit fratrem suū peccasse debat denunciare prelato suo. dico q̄ in his distinguendum est de cōdicio

nibus sediti et prelati. Nā si ego scio q̄ frater per me corrigetur. tunc nō debeo hoc denunciare prelato. Si antem videtur q̄ hoc melius fiat per prelatum. et prelat⁹ nihilominus sit pins discretus et sp̄ualis non habēs rancorem seu odium aduersus illum seditum. tunc licite potest hoc denūciare sibi. et tuc nō dicit ecclesie. quia non dicit ei sicut prelato. sed sicut persone proficiēti ad correctionē p̄imi et emēdā. Sed quia p̄ter condicōnes diuerſas prelatorū et seditorum non potest in hoc dari generale iudicium quia aliquando prelatus vel mouetur ad odium aduersus seditum vel seditus non bene ferret verba p̄lati. ideo tenēdū est hoc pro regula q̄ in oīnibus istis semper seruanda ē charitas. et qđ melius et magis eri pedire videtur et si hoc intendat s. emēdā p̄imi seruet quantum potest bonū charitatis tunc denuncian do non peccat. Si vero denūciet cui cunq̄ persone hoc ē ex mala cia. et ve p̄imus confundatur vel deprimat. tuc denuncians sive accusans peccat mortaliter. Ad primum ergo dicēdū q̄ si statim aliquis referat prelato adhibens debitas circūstantias et considerans magis expedire nō facit contra preceptum euangelij. quia non dicit hoc ecclesie. sed proficiēti. vt dictū est. et ideo non peccat mortaliter. Ad secundum dicēdū q̄ etiam perfecti viri peccarent mortaliter si denunciatō prelato vel alii cui persone intenderent aliquid qđ est contra intentionem precepti. Ad tertium dicēdū q̄ si aliquis referat prelato culpam p̄imi intentiōes vel cautelam in futurum. vel ali

# Duodecimū

quid huiusmodi. quod ad emendam  
primi viderit expedire non peccat.  
Si autem hoc sive plato sive alicui  
amicu suo ex malitia referat tunc pec-  
cat mortaliter. **C**o si et cautela ali-  
cui dicerit hoc. ita tamen quod non pro-  
veniat inde aliud vel ifamia vel vis-  
tum primo delinquenti tunc non  
peccat mortaliter licet incaute agat.

quia aliud est patrem esse aliud filium  
esse et aliud spiritum sanctum esse. sed  
esse egenale non est aliud et aliud. ergo  
**C**o preterea primum forme est quod  
debet esse. Sed in divinis sunt tres pri-  
mogenites personales quod obtinent vicem  
forme. ergo **C**ontra Aug. dicit.  
**I**n divinis tantum unum esse. Re-  
sponsio dicendum quod veritas fidei ha-  
bet quod in divinis solum est distinctio  
que est secundum relationes opposi-  
tas. relatio autem sicut et quelibet for-  
ma habet esse ex operatione ad illud cui  
in est. unde esse filiationis est per op-  
erationem ad subiectum cui inest. relatio  
autem in divinis non distinguitur  
ab eo cui inest. vel in quo est. quia est  
ipsa res que refertur. sed distinguitur  
solum ex parte eius cui opponitur. et ex  
hac parte non consideratur esse rela-  
tio. sed distinctio et oppositio eius  
et ideo est in deo unum tantum esse.  
sic enim alio. **A**d primum ergo dicen-  
dum quod esse dupliciter dicitur. quoniam enim  
esse idem est quod actus entis. quoniam  
autem significat compositionem enun-  
ciationis. et sic significat actum intel-  
lectus quod intelligitur quando dicitur  
quod aliud est esse patris et aliud filii. **A**d primo modo.  
**A**d secundum dicen-  
dum quod sicut et quilibet forma paternas  
facit esse. s. patrem qui est divinum  
esse. et facit tantum unum esse in qua-  
rum paternitas facit esse.

## Incipit q̄dlibet duodecimū.

**Q**uestium est de rebus que  
sunt supra hominem. et de  
rebus humanis. **C**irca  
primum questum est de an-  
gelis et de celo. **C**irca primus ques-  
tum est de deo quantum ad suum esse  
quantum ad suam potentiam. quam-  
cum ad eius predestinationem.

### Articulus primus.

**C**irca primum questum est utrum  
in deo sit tantum unum esse. s.  
centiale. vel propter illud sit etiam  
in deo eius personale. et videtur quod sic

### Articulus secundus.

**E**inde questum est de potentia  
dei. Et primo utrum deus pos-  
sit facere contradictionia simul  
esse. **S**ecundo utrum possit facere  
infinita in actu.

t. iii